


alteram directe & perpendiculariter incidit, ita ut  
neutri parti ejus linea $\times$ , cui incidit, annuat aut ab-  
nuat.

Exempli gratiâ, quia in lineam AB  
linea DC in punto C perpendiculari-  
ter incidit, ita, ut nec ad A, nec ad B in-  
clinet, sed ab utroq; æqualiter abnuat,  
erunt Anguli duo ACD & DCB, qui  
ex harum linearum concursu facti sunt,  
invicem æquales, atq; idem dicuntur *Anguli Recti*.



Obliqui Anguli sunt Rectis vel maiores vel minores,  
quorum illi dicuntur, Obtusi, hi Acuti : siuntq;  
cum linea incidens non directe, & perpendiculariter,  
sed fortuitò & oblique in alteram incidit.

Ita linea CE in lineam AB incidit, ut eidem non, ut prius  
linea DC, perpendiculariter insistat, sed versus B ad eam incli-  
netur, eidemq; ad partes puncti B annuat : unde & Anguli, qui  
siunt, non jam æquales & Recti, sed inæquales sunt, & *Obliqui* di-  
cuntur ; Angulusq; quidem ACE, qui Recto ACD major est,  
dicitur *Obtusus* ; ECB, qui eodem Recto minor est, *Acutus*.

Qua parte verò Obtusus Angulum Rectum superat,  
aut Acutus à Recto superatur, ea pars, respectu Ob-  
tusi, vocatur Excessus supra Rectum, respectu Acu-  
ti, Complementum ad Rectum.

In priori schemate Anguli ACD & DCB (*per superiora*)  
sunt Recti : ACE verò Obtusus & ECB Acutus. DCB ergò  
angulus quo Obtusus ACE Rectum ACD superat, dicitur e-  
iusdem Obtusi ACE Excessus supra Rectum : quemadmodum  
& idem